

Ad Vander Burghium

(12)

Si tanta responsionis excusationem quaeris, vide quam familiariter Bartolo nullam dedi, et quae tua humanitas est Vander Burghi, facile amicum vulgaris officii debito liberabis. de Carmine nihil dissimulabo, laudandus eo nomine es maxime, quod una cum edimio illo viro in cenam prodire aggressus es, quando ipsum in Manibus istis superasse sed, non sentire mecum non potes. Quam autem laudem pro te meruisti proinde de te sentiam, si hic obfundam. Testabuntur alij, si tanti erit, ut iniquis quanti te faciam, et amicitiam tuam, cuius non vile testimonium puto, quod inter primos mecum egregios prooque animi foetus communicatos voluisti. Habes gratias quas habendas tibi censes. Ego is ero in perpetuum quem ingratus sis, si amare negligas. Vale Hagae IV. Calend. Sep. Nembri 1625.

Vale tuis

C. Hugenius.

(13)

G. Bartolo.

Iniquis es Bartolo doctissime, si vel te negligi a me suspicaris, vel egregios conatus tuos alio in practio apud me esse, quam ea solent de quorum autoribus summam opinionem concepi. Illud Panegyricum postridi quam a te accepi, Principi meo offerre non distuli presente viro nobili et erudito, qui a lectione Manium tuorum recens, indigni suffragio commendationes, quas virtuti ~~meae~~ me debere putabam, humanissime prosecutus est. Coepit serio dolere Princeps, quod Latinae linguae peritiam nimis ignave amisisset. qui olim Lipsii Admiranda et Militiam Romanam, laetis commodis intellexerat. Quod se haud minus tamen humanitati tuae obstructum velle, id manusculo testatum fieri. Ea res dum inter summas occupationes differretur nimis, quam ego velim si mea spontis sit, certiorum omnium te faciendum putavi quae ante actasunt quod de cura ac sollicitudine tua circa futurum aequo aestimator fias, neque sic in animo habere ~~me~~ me putes ad Scapulas tuas respondere, ut loco reciproci carminis ~~οκαζειν~~ amicitiam meam velim. Absit Bartolo absit, et si quid de benignitate Principis mei novus mister respondere audeo brevi te gratiori alloquio te digno ^{numquam} compellaturus sum. Vale et me ama Hagae 27. Novembri 1625.

C. Hugenius.

Viro Nobili idem, cuius modo mentionem injeci, haecenus apud sedetiamit Hodopipicon istud, quod ego nupero Principi ~~te~~ obveniens singulis diebus in album Calendario

18
Calendario tibi retuli. Tibi autem memine
offero, ne me tam ambitiosum negotiari
credas, ut, etiam cum licet, otiosi recusum.
Remittes ubi integrum erit.

G. Barlaeo.

(74).
Senties haud frustra praefatam fuisse me, non fore ut pro
merito te compellarem Barlaeo doctissime, si quando ex
munificentia Principis tui mei compellendi te nactus
essem. Adeo nempe vestigijs Mauricii insistimus, ut
latum unquam ab ejus consuetudine non decedere
nefas putemus. Ex quo igitur severitati competimus raro
illum hanc summulam excessisse. Illicet tanti Barlaeo
est, et omnis illa conditio, nisi quod hae occasione variorum
te sermone habito totus, quantum potui, optimo Princi-
pi innotuisti: hoc quoque non nihili aestimandum
est. De cetero ignosce mihi postulo civis vitio
vesti non debet, procreta robor. tu qd exit. Vale
et apocham quam addidi, ubi commodum est, remitte.
Haga -- Decembri 1625. Raptim.

Barlaeo
S. P.

G. Hugenijs.

(75).
Quod amico consulenti obsecutus sis Barlaeo doctissime
censeo non prudentes minus quam amice a te factum
si quid exim Britannos meos veris, sulcos praesertim,
valde colleti beneficii commemorationes amant, neque
alia re facilius devinciuntur. aut libentius. Tibi vero
quantilli iste labor est, quem fundere Latina verba
non ut plerique, sudare miramur. Proinde ne qua
deesse tibi videar, remitto nunc utraque Literas, quo
vel obsequas protinus referri mihi cures, vel (quod mea
hiesententia est) parumper immutatus, ita nempe ut
evangelici tenoris leniter mentione interjecta, at quodam
modo pro dignitate Musarum et existimatione viri
fortis et Philosophi tuis oculis perstricta, sentiant illi
tam te lucrum contemnere posse, quod et a manu regia
molle detignari. videntur enim hoc pacto non rustica pro-
missionum admoneri posse, quae si te negligere credant
facile illi obliviscantur. Sed haec ^{salvo} melioris cabulo, et nisi
quod secus judicet. quem utique sic statuere velim, scribis
ista ab amico, qui te tanti apud omnes quantimeritis
ex animo cupit. Vale Haga Comitij festina manu
2^o Calendarum Junii 1626.

G. Hugenijs.
Odesworthio